

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 123

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 296.

296.

Cod. CXXIII. n. J.

Cod. CXXIII.

Cartae. fol. loci. 14 v 15.

Honorii Augustodunensis Liber de natura
 rerum. Prologus incipit: Naturas rerum
 naturis rerum in diversis auctorum scriptis late peror,
 ben sparsis inveniens cum labore magno, et
 sollicitudine annis fere quindecim operam
 dedi ut inspectis diversorum philosophorum
 et auctorum scriptis que naturis creaturarum
 et earum proprietatibus congrua moribus in-
 venirem in uno volumine brevissimam
 compilarem. Hic igitur primo consideran-
 dum est de anatomia corporis humani,
 postea tractatus de anima secundum be-
 atum Augustinum, dein de monstruosis
 hominibus, postea de natura pecudum, vo-
 lucrum etc. Nominat quoque auctores, quo-
 rum scriptis est usus, quos inter principem
 occupant locum Aristoteles, et Plinius. La-
 pit primum est de corpore humano; alte-
 rum de anima secundum b. Augustinum
 plane omisum; ultimum de regionibus ae-
 ris. Et quo palam fit vel auctorem nos-
 trum plura promississe in praefatione,
 quam dedisse; ibi enim et de planetis,
 de partibus aëris, et de quatuor elemen-
 tis dicturum se proponit. vel codicem
 nostrum in fine deficere, id quod mihi
 verosimilius videtur ob incuriam scripto-
 ris pluribus in locis manifestam, vel deni-
 que totum esse compilationem prolixioris
 operis, sive ab ipso Honorio, sive ab alio compi-

1a-30a

A
65

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 123

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 297.

Cod. CXXIII. n. 1.

297.

latam. Bernardus Leticus in disert. Isay: in
 T. II Thes. Anecdol. p. IV. Legg. inter alia Ho-
 nonii opera recenset Clavem physicam de
naturis rerum, qui liber in codice Erwet-
stensi dicitur excerptus ab Hongrio soli-
tario / est noster / de quinque libris cujus-
dam Chrisotomii. An idem cum nostro sit
 opusculum, rationem dubitandi suppeditat
 diversid prologi initium quod sonat: "Cum
 multos mente intuear." Contuli quoque
 cum quatuor libris de Philosophia mundi
 qui extant in Biblioth. Patrum Lugden-
T. XX, & Colon. T. XXI, eoq; longe diver-
 sor deprehendi, ita tamen, ut ubi simile,
 vel idem tractant argumentum, saepissi-
 me ad verba conveniant.

Honorius Augustodunensis Ecclesiae in
 Burgundia Praebiter, et Scholasticus, in
 pluribus Codd. mss: Solitanus dicitur, un-
 de Bern. Pez. l. c. eum Monachum Benedic-
 tinum autumat, floruit circiter ab a^o 1090,
 usq; ad ann. 1120. non ut Fabr. Bibl. m. xi.
 lat. T. 9 pag. 227 ait ad 1300.

298.

Cod. CXXIII. n. 2.3.

Eiusdem libere
de imagine mundi.

30a-45a

4

Eiusdem Liber de imagine mundi. Titulus est: *Incipit tractatus honorii de ymagine mundi bonus et subtilis.* Initium: *Mundus dicitur quasi undique motus.* Citatur in Bibliothecis Patrum numero praecedenti allatis. Vide etiam Lexium, Fabricium locis citatis. Duo autem hic notanda; primo, codicem nostrum praeter plurima, quae continet scriptoris membra, in fine esse mutilum; secundo epistolam Christiani ad Honorium, quae incipit: *Septiformi spiritu*, et Honorii ad Christianum, cuius initium est: *Sapientia alumnus*, quae in editionibus prologi locum occupant, a scriptore nostro in fine esse rejectas. Confer Bibliothecas Patrum.

Expositio vocum
hebraicorum, graecorum
et in scriptura
occurrentium.

45b-58a

3

Expositio vocum hebraicarum, graecarum, aliarumque in S. Scriptura occurrentium. Prima est: *Adam, homo vel terrenus*; et sic ordine alphabetico progreditur usque ad litteram Z, ubi codex deficit. An eadem sit cum expositionibus vocabulorum Biblicae, quae Alberto M. tribuantur *Quaest. Script. Ord. Acad. TI p. 179.* an sit Henrici de Haslia *Vocabularius Biblicus*, ignoro; diversa est ab illa, quam protulit Cod. CXXII n. 3.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 123

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 299.

Cod. CXXIII. n. 4. 5.

299.

4

Sermones & Homiliae in epistolas & evangelia dominicalium.

598-1326

Sermones, seu Homiliae in epistolas, et evangelia dominicalium. Praeedit index alphabeticus materiarum, cui in margine transversim adscriptum legitur: "Nota figuras cipherorum propter rignoscentes secundum ordinem algorismi, quod dominus plebanus in hofkirchen scripsit, et gratia salvatoris complevit anno 1400. et." Prima homilia incipit: "Scientes quia hora est, et in evangelio annuntiatur nobis." Sunt numeri 128, quibus in fine author anonymus subiungit, se in honorem Trinitatis, B. V. M. et Sanctorum, et ad utilitatem sanctae Ecclesiae hos sermones qualescunque fecisse, et compilasse. Figitur pergit, queso te lectorem, ut apud discretum iudicem solarium tuae orationis impendas boni si quid invenieris Deo simpliciter attribuas errata mihi parvas et ignoscas &c.

5

S. Anselmi Cantuariensis Archiepiscopi Monologium de divina essentia.

133a-148a

S. Anselmi Cantuariensis Archiepiscopi Monologium de divinitatis essentia. Praefationis initium est: "Quidam fratres sepe me studiose precati sunt. Huius operis censuram, uti et sequentium videre licet in edit. opp. S. Anselmi Fol. Paris: 1727 curante Gerberone.

S. Anselmus Ord. S. Benedicti, ex Abate Beccensi Archiepiscopus Cantuariensis, doctrina, zelo, et ingenio sublimitate nulli temporibus suis secundus.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 123

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 300.

300.

Cod. CXXIII. n. 6-8.

obit a^o 1109. Vitam ejus scripsit Cad,
 ,merus monachus Cantuar: ord. S. Benedicti,
 quam vide in praefata editione.

Ejusdem Proo-
 logion.

148a-153a

Ejusdem Proo-
 logion, seu alloquium de Dei
 existentia. Prima prologii verba sunt:
 "Postquam opusculum quoddam vetus exem-
 plum meditandi de ratione fidei" de Vide
 edit: p. 29. In censura hujus operis notat
 Gertenon, illud ad fidem Codic. Mss. anti-
 quorum dici debere Proo-
 logion.

Ejusdem liber:
 cur Deus homo.

153a-171b

(a) postea Mss.
 tem Decrensem.

Ejusdem Liber, qui dicitur: Cur Deus homo.
 Titulum in, codice nostro habet: "Incipit
 praefatio bti Anselmi Cantuariensis Archie-
 pscopi in librum qui dicitur cur Deus homo."
 Initium praefationis est: "Opus subditum
 propter quoddam." Opus ipsum dialogus
 est Anselmum inter et Rosonem (ca) in
 duos libros distinctus, quibus in codice nos-
 tro praemittitur capitulorum elenchus.
 Vide Supradictam edit: p. 74.

Summa Sacra-
 mentorum.

171b-177b

Summa Sacramentorum. Videtur in codi-
 ce nostro attribui S. Thomae Aquinati, in-
 scribitur enim: "Summa thome; sed perpe-
 ram id fieri, et stili diversa ratio, et pra-
 faminis initium declarant, ita enim in-
 choatur: "Quoniam in sacramentum colla-
 tionibus et animarum regimine multiplex

Sermo
vabe

1a-

Statu
temiz
Socia

2a

Cod. CXXIV. n. 5. 2.

301.

est habenda cautela Nos in jure peritiqu
 dam de hysdem multum necessaria subem
 pendio deirevimus compilare. Et quia bap
 tismus est omnium sacramentorum janua
 et primum merito de primo primitus est
 tractandum. Praecipimus itaque huc bla
 de patet hanc summam non unius sed
 plurimum esse compilatorum. In fine:
 "Explicit Summa sacramentorum satis
 bona."

Cod. CXXIV.

Cartae. Fol. loci: 14. 15.

A
6.6.

1.

Sermo de S. Elisabetha.
1a-1b

Sermo de S. Elisabetha. Incipit: "Vidu
 nam ejus benedicens etc. In verbis istis
 comendatur Seta Elisabetha."

2.

Statuta Confraternitatis a Clero locu
 Statuta Confraternitatis Cleri
 Secularis.
2a-88b

Statuta Confraternitatis a Clero locu
 clari in Archidiaconatu Cambacensi ini
 tae aō 1377. Titulus est: "Statuta fra
 ternitatis; initium: "Nos Clerici aliqui
 Archidiaconatus Cambacensis conside
 rantes! Sunt numero quatuordecim,
 quibus regulae in suscipiendis fratri
 bus observanda, conventus annuis in ei
 vitate Gundensi, fratrum obligationes"

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 123

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27462

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)

Handschriftencensus - Eine Bestandsaufnahme der handschriftlichen Überlieferung deutschsprachiger Texte des Mittelalters:

<http://www.handschriftencensus.de/23232>